



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorvm Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Alexandro VII. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

ALEXANDRO VII PONT. OPT. MAX.

Villam Barberinam, Domitiani olim
Cæsaris Albanum, vbi quotannis Quin-
quatria fiebant Mineruæ, animi causâ
inuisenti anno M. D C. L V I I. Idib.
Maij.

Hic ubi porticibus se Flavia villa superbis
Æquabat summis ardua sideribus,
Et nemus hinc, Scythice non mitia regna Diane,
Illiæ Tyrhenas prospiciebat aquas,
Sollemnes olim lados, & sacra Minerue
Quinque fuit iunctos mos celebrare dies.
Quare amat hos colles etiam nunc Diana, lacusq;
Plurima quos glancâ vestit olima comâ.
Atque adeò præsens Alba cum proxima nuper
Vidit ALEXANDRVM per iuga ferre pedem:
Letus ades, dixit, nostrosq; invise recessus,
Terrarum castos maxime: Letus ades.
Hic positâ regni tantisper mole lacebit
Otia prolatis dulcis rebus agas.

Quando

VII
AX.
itiani olim
nis Quin-
imi causâ
II. Idib.

*Quando dira lues, & frugum tristis egestas,
Auspice te, Latios pulsa reliquit agros.
Mox instaurato mens corpore firmior, altas
Imperij curas, & geret orbis onus.
Interea dignam seruato ciue coronam
CHISIACIS Dryades texite de folijs.
Alma Ceres, spicas; date laurea serta merenti,
Aonides: partâ mox mea pace feret.*

A D
IOANNEM ROTGERVM
TORCKIVM

*Præpositum Mindensem, & Canonicum
Paderbornensem ac Monasteriensem.
De Æneæ statuâ, LAVRENTII BER-
NINI opere, in hortis Burghesij ex-
tra portam Collinam.*

*T*ORCKI noster amor, doctarum prima Sororum
Gloria, spes patriæ magna decusq; tuæ,
Auspice BERNINI docto spirantia celo
Marmora, Phidiaco par opus ingenio.
Auspice Troiugenam curuâ ceruice ferentem
Et patrem, & profugos, sacra paterna, Deos.